



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio trigesima octaua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Llib. III. Distinctio. XXXVIII.

fortem nli de consensu eius, non enim viuarius accipit ultra sorte ab eo cui mutuū dedit per furtū vel rapinā in quibus ille cutus res accipitur nulo modo consentit. Sed quicquid accipit, accipit de voluntate mutuū recipientis, & ideo videtur talis consentire vñvario iniustū faciēti.

6. Et si dicatur q̄ talis nō consentit simpliciter, sed eos, ad euitandum maius damnum, hoc nō videtur valere, quia in tali consensu est voluntariū mixtū, sicut cum ait quis prouicit merces in mare ne submergatur tempore tempestatis, voluntarium autē mixtū & si excusat à tanto, nō tamen a toto, consentiens enim timore mortis in fornicationē sui vel alterius, quæ nō potest fieri sine eius consensu peccat mortaliter, nec excusat, quia cōsentit coactus metu mortis. Et multo minus videtur excusari in proposito to qui metu maioris damni consentit vñvario peccanti. Et dicendum q̄ in damnis & pœnis incurriendis sufficit ad excusandum culpam metus maioris damni, vel pœniæ, quia secundum rectā rationē minus damnum, vel minor pena sunt eligenda ne incurvantur maiora quando nescierit, vel probabiliter timerit quod necesse sit alteram incurrende. Si igitur aliquis indigens mutuo ex iusta causa recipit mutuum sciens vel probabilitē timens q̄ incurrit maius damnum quān sit quantitas vñvariorum, nisi sub vñvario recipiat mutuum quod alias inuenire non potest. Certe talis partitur iniustum nō volens tali voluntate que in prædictis excusat eum q̄ non est consentiens vñvario iniustum facient. Quod patet in simili. Si enim aliquis inuestis a latronibus, qui velint eum spoliare certa quantitate bonorum suorum. Et nisi consentiat spoliaretur majori parte nunquid licitum est isti consentire quod spoliatur paucioribus vel plura conseruet: & vice, nec dicitur consentire rapinæ aliorum, sed confulere sibi ipsi ne maius damnum incurrat. Et multa alia similia possent inueniri, & simile est in proposito.

7. Nec obstat illud quod additur q̄ consentiens in fornicationē sui vel alterius timore mortis peccat mortaliter, nec excusat, qui consentit metu mortis qui est maximus metus, quia quād sunt mala de se suo genere si cur adulteri vel fornicari. Et in talibus nullus potest cōsentire quocunq; metu sine peccato. Alia vero sunt mala ex causa propter quā sunt, & in talibus nō est peccatum nisi cōsentens sit nō solum in factū, sed in causā facienti propter quā in factō est peccatum, & sic est in proposito, q̄ enim tradens aliqui mutuo pecuniam, bladum, vel vinum plus recipiat ab eodem q̄ tradiderit, non est de se malum, imo potest bene fieri, quia recipiens mutuum potest plus reddere sicut ante mutuum poterat gratis dare. Sed peccatum est quando plus exigunt & accipit rationē pretiū rei mutuae, tunc enim est viula. Si ergo accipiens mutuum consentiat q̄ tradens ipsum plus habeat q̄ tradidit nō quidē vt premium mutui tradit, sed vt evitet dampnum quod credit se non posse evitare nisi accipiendo mutuum quod habere nō potest sine pluri, talis consentit in factū, sed nō in causā, propter quā est ibi peccatum, & sic non consentit in peccatum formaliter, nec peccat per cōsequens, sed peccato alterius vitetur ad id quod credit sibi viile & sic in vñnum factū quod de se nō est malum cōsentit duo, s. vñvariorū, & ille qui accipit mutuum sub vñvara. Sed ex causa consensus quæ in vñvario est illicita & in alio licita vñvariorum peccat & aliud non peccat, propter quod posset dici quod vñvariorum peccat mutuans ad vñvarum propter causam vñsre quæ est in uno & non in alio.

8. Ad primum argumentū dicendum q̄ bene probat q̄ nullus potest licet petere mutuum sub vñvaris intentione dandi aliquid ultra fortē tanquam recompensationē mutui, quam intentionē habet vñvarius in accipiendo vñvaras. Sed accipiens mutuum potest licet consentire q̄ aliquid de suo ultra fortē trahat in potestatem seu in possessionem vñvariorum propter euitationē maioris mali, & cū iure repetendi ab eo cū opus fuerit.

9. Ad secundum patet responsio per idem quia accipiens mutuum non consentit vñvario in eo propter quod est in mutuo ratio peccari, sed cōsentit in genus factū propter euitationē maioris mali & cū intentione repetendi, & ideo non peccat.

Sententia huius distinctionis. XXVIII.  
in generali & speciali.

### Quæstio L

282

**S**cindendum tamen tria esse genera mandatorum. Prīus determinauit Magister de præceptis que consistunt partim in animo, partim in verbo, & partim in factō. Hic pro sequitur quædam perrinēta ad octauum præceptū quod consistit in verbo. Et primo determinat de mandato, & secundo de periurio videamus. Prima diuiditur in tres, quia primo distinguunt plura genera mandatorū. Secundo ostendit quid sit mendaciū, ibi. Hic videndum est. Tertio probat q̄ omne mendaciū est peccatum, ibi. Quod verò omne. Prima diuiditur in duas, quia prima distinguunt tria genera mandatorum ad scindendum q̄ mendaciū sit mortale an veniale peccatum. Et secundo distinguunt octo genera mendaciorum ad sciendū quod sit maius, vel minus peccatum ibi. Scindendum est etiam. Secunda pars principalis que incipit ibi. Hic videndum est. Diuiditur in tres. Quia primo ostendit quid sit mendaciū. Secundo quid sit mentiri ibi. Mentiri vero est. Tertio mouet & solvit dubitationem incidētem ibi. Hic queritur. Tertia pars principalis quæ incipit ibi. Quædā vero est. Diuiditur in tres. Quia primo ostendit q̄ mendaciū semper est peccatum. Secundo q̄ falli vel errare nō semper est malum ibi. Illud etiā scindendum est. Tertio inquirit a Iacob dicendo se esse Elau mentitus fuisse ibi. Solet queri de Iacob. Hæc est diuisio & sententia in generali.

2 IN Speciali sic procedit. Primo ponit tria esse genera mendaciorū. Primum est quando homo mentitur pro salute, vel cōmōdo alterius. Secundum est quid sit ioco. Tertiū est quid sit ex malignitate ad nocēdū alteri. Et est peccatum mortale. Prima autē duo sunt venialia nisi in viris perfectis in quibus Magister innuit ex dicto beatissimi Aug. q̄ omne mendaciū in viris perfectis est peccatum mortale. Primum istorum mendaciorū vocatur officiosum, Secundum iocofum. Tertiū perniciosum. De mendacio autem obstetricū dicit q̄ fuit veniale, nec fuerunt remuneratē pro mendacio, sed pro pietate. Postea distinguunt octo genera mendaciorū secundū Aug. quæ plāne patent in litera. Postea distinguit mendaciū dicens quod mendaciū secundū Aug. est falsa vocis significatio cū intentio non fallendi, id est, falsum dicendi. Mentiri vero est loqui cōtra illud quod homo in animo assentit. Et ideo dīs qui loquuntur mendaciū mentitur, quia loquuntur cōtra mentem, sed non omnis qui mentitur dicit mendaciū. Ille enim qui dicit verū quod credit esse falsum mentitur, q̄ dicit contra mentem, sed nō dicit mendaciū, quia secundū Magistrum & Aug. in litera, Mendaciū nō est, nisi dicatur falsum, & per hoc responderet ad illam quæstionē qua conseruat quæ vñrum Iudeus dicens Christi, sic Deus dicat mendaciū. Et dicit q̄ non, quia non dicit falsum. Mentitur tamen, quia dicit contra id quod credit. Tunc probat per Aug. quod omne mendaciū est peccatum, quia hoc debet homo loqui quod animo gerit, verba enim instituta sunt nō ad fallendum, sed vt homines conceperit suos pandat, licet autem omne mendaciū sit peccatum nō est rāmē mortale nisi illud quod sit ex malignitate quod est perniciosum de quo intelligitur illud Pſai. Perdes oēs qui loquuntur mendaciū. Ultimum dicit q̄ falli vel errare non semper est peccatum, quia errare in his quæ nihil sc̄iunt ad salutem sive scientur sive ignorantē nō est peccatum, imo errare quandoq; profuit in via pedum nō in via morum. Tunc querit de Iacob qui dicit se esse Elau vñrum mentitus fuerit. Et responderet per Aug. q̄ illud dicatum Jacob nō fuit mendaciū, sed mysterium, intendebat enim matri obediēre quæ per spiritum nouerat mysticum. Et in hoc terminatur &c.

QVÆSTIO PRIMA.  
Vñrum omne mendaciū sit peccatum.

Thom. 2.2. q. 10.

**C**irca distinctionem istam queritur primo, vñrum omne mendaciū sit peccatum. Et videtur quod non, quia homicidium videtur esse gravius quam mendaciū, sed non omne homicidium est peccatum, ergo nec omne mendaciū.

2 Item omne peccatum est irremunerabile, sed aliquod mendaciū legitur remuneratiō Deo, sicut sunt mendaciū obstetricū de quo habetur Exo. i. ergo illud non sicut peccatum.

NN 2 3. Item

### Magistri Durandi de

<sup>150. ap. 1.</sup> Item plus est significare aliquid factum quam verbo, sed falsa significatio per actum non semper est peccatum ut pater de Christo qui fixit se longius ire ut dicitur Luce.24. Ergo multo fortius nec falsa significatio per verbum. Et tamen istud communiter vocatur mendacium, ergo &c.

<sup>150. ap. 2.</sup> IN contrarium est, quia omne illud quod opponitur virtuti est virtus, sed mendacium opponit virtutem veritatis de qua agitur. 4. Ethicorum, ergo &c. Ad idem est quod dicit Aug. si quis aliquod genus mendacii peccatum non esse putauerit scipsum decipit.

<sup>150. ap. 3.</sup> RESPONSO. Circa questionem videnda sunt tria. Primum est quid sit mendacium. Secundum est qualiter diuidatur. Et tertium erit virum omne mendacium sit peccatum.

<sup>150. ap. 4.</sup> Quantum ad primū sciendum est quod mendacium sic describitur. Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi, id est, falsum dicendi. Ad mendacium enim secundū completā rationē eius duo cōcurrunt, unum pro male, si intentio fallum dicendi. Vnde mentri secundū lūnū nomen est contra mentē ire, quod sit dūa aliquid afferere esse quod credit nō esse, vel negat esse quod credit esse, sed quia voces sunt signa intellectū & ad hoc inficiuntur sunt ut exprimant conceptris rerum, ideo falsa vocis significatio concurrens cum intentione fallum dicendi materialiter facit ad rationē mendaci, dicens ergo verum quod credit fallum mentitur formaliter, dicens autē fallum quod credit verū mentitur materialiter, & hoc est minimū in ratione mendaci propter defectum formalis rationis, dicens vero fallum quod credit fallum mentitur materialiter & formaliter de quo propriè verifieratur dicta descriptio scilicet quod est falsa vocis significatio &c.

<sup>150. ap. 5.</sup> Quantum ad secundū notandum est quod mendacium dupliciter potest diuidi. Uno modo secundum propriā rationē ipsius & sic cū mendacium opponitur veritati mendacium diuiditur sicut & cetera virtus que opponuntur virtutibus scilicet in mendacium quod transcendent veritatem in maiis, quod circa determinatā materiā pertinet ad iastianiam, & in mendacium quod deficit à veritate in minus quod pertinet ad ironiam ut patet ex. 4. Ethic. Alio modo potest diuidi mendacium inquantū habet rationē cuiusque grauiorū vel minus grauius, & sic diuiditur mendacium, pernitiosum, officiosum, & iocosum, huc modo ex parte finis intenti. Si enim per mendacium intendatur aliterius nocentia sic est pernitiosum. Si autem intendatur aliud bonū aut illud est delectabile, & tunc est mendacium iocosum quod sit causa placendi, vel est bonum vniuersale & sic est mendacium per quod intēdit iuuentum alterius vel remotorum nocentium. Et hæc distinctione habetur in gloria super illud Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendaci. Vbi dicitur quod sunt tria genera mendaciorum, quoddam enim sit pro salute & commodo alterius. Aliud mendacium quod sit ioco. Tertiū vero quod sit ex malignitate. Primum horum est officiosum. Secundū iocosum. Tertiū perniciosum. Sub hac autem trīmembris divisione continentur alia diuisio octo membrorum, que ponitur in litera, quia sub mendacio permittitō so continentur tria genera mendaciorū. Finis enim damnosus aut est ut noceatur in spiritualibus, & sic est primū genus mendaci quod sit in doctrina fidei, aut ut noceatur in temporalibus, aut ergo ita ut aliquid noceat & nulli profit & sic est secundum genus ut mendacium falsi testis in causa criminali, aut ira ut aliquid noceat & alieni cui proficit ut mendacium falsi testis in causa ciuilis vel pecuniaria, & sic est tertium genus. Sub mendacio vero iocoso continentur duo, quia finis illius est delectatio vana, aut ergo delectatio propria in ipso loquente, & sic est quartum genus quod fit ex sola libidine mentiendi, aut delectario aliena, s. in audiēte & sic est quintum genus mendaci quod fit intentione placendi alterius. Sub mendacio vero officioso continentur tria, quia aut quis mentitur pro conseruatione possessionis exterioris & sic est sextū genus, aut pro conseruatione vita corporalis, & sic est septimum, aut pro conseruatione anime vel salutis & sic est octauum & sic patet secundum.

<sup>150. ap. 6.</sup> Quantum ad tertium dicendum est quod omne mendacium est peccatum. Et probatur communiter sic, omnis

### Sancto Porciano

actus voluntarius cadens super indebitam materiam est malus ex suo genere, sed omne mendacium est huiusmodi, ergo &c. Maior de se patet, minor probatur. Cū enim voces sint signa intellectuum, hoc est rerum, prout intellectus sunt ut dicitur. 1. Perihermenias & secundum Aug. in Enchir. verba instituta sunt non ut per eas homines le fallant, sed ut cognitiones suas novent, indebitū est & abusus quod aliqua voce utatur ad significandū id quod nō tenet mente. Et ideo Philos. dicit. 4. Ethic. quod omne mendacium est prauum & fugiendum.

<sup>150. ap. 7.</sup> Ad ideam adducunt quidam nouam rationem talēm, omne mendacium opponitur veritati, sed Deus est veritas, ergo omne mendacium opponitur primas veritatis que est Deus, hoc autem non potest est sine peccato, quare &c. Sed istud nihil est, quia Deus nō est omnis veritas formaliter sicut nec oīs bonitas. Et ideo nō oportet quod omnis veritas cui opponitur mendacium sit veritas diuina. Et iterum ut veritas intermitur per mendacium dicto, sic bonitas intermititur facto per corruptionē cuiuslibet rei, cū quelibet res habeat aliquid bonitatis, si ergo esset peccatum ut mendacium per quod intermitur veritas, quia est contra diuinam veritatem, ita de destructione, vel corruptione cuiuslibet rei, per quā destruitur bonitas esset peccatum, quia contrariaretur diuinā bonitati quod est triuolum. Secundum est ergo in prima ratione que est communio & similitudo.

<sup>150. ap. 8.</sup> Ad primū argumentū dicendum quod homicidium in casu in quo est peccatum est gravius quod mendacium, sed quia homicidium ex suo genere non est peccatum cū aliis quod homicidium posse est utrum secundum illud Exo. 22. Maleficos non patieris vivere, & ideo non omne homicidium est peccatum. Mendacium autem ex suo genere est peccatum ut vitium est. Et ideo nullum mendacium potest excusari a peccato.

<sup>150. ap. 9.</sup> Ad secundum dicendum quod obsterices nō fuerunt remuneratae pro mendacio, sed pro timore dei & benevolentia ex qua processit illud mendacium, vnde signanter dicitur Exo. 1. Et quia timuerunt obsterices Deum, cūdiciavit eis domos, non dicit quia mentitae sunt, sed quia timerunt.

<sup>150. ap. 10.</sup> Ad tertium dicendum quod nō est simile de verbo & de facto, quia verbum de se institutum est ad signandum conceptum mentis, & ideo qui verbis utitur ad oppositum conceptus, abutitur, sed facta non sunt instituta ad signandum nisi figurative. Et ideo scit locutio figurativa non est vera vel falsa pro sensu quem facit, sed in sensu pro quo sit, scilicet quod sit in figura nō est falsum dum modo sit in re, illud pro quo sit. Et sic fit de Christo qui fixit se longius ire per hoc volens discipulos instruere quod ipsi adhuc longe erant à veritate.

### QUESTIONE SECUNDADA.

Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale.

Thom. 2.2. q. 110. dr. 4.

<sup>150. ap. 11.</sup> Secundo queritur, vtrum omne mendacium sit peccatum mortale. Et arguitur quod sic, quia illud quod excludit à regno cōlorum & dicit in perditionem est peccatum mortale, sed omne mendacium est huiusmodi, igitur &c. Minor probatur per illud quod habetur Apoc. vlt. Fortis canes & venefici & omnis qui amat & facit mendacium. Et Sap. 1. Os quod mentitur occidit animam. & in Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendaci. Item Aug. dicit in libro cōtra mendacium, quod perfectus preceptum est omnino non mentiri, & non solum non mentiri, sed nec mentiri velle. Sed facere contra præceptū est peccatum mortale, ergo omne mendacium in viris perficitur est peccatum mortale.

<sup>150. ap. 12.</sup> Item facere cōtra fidem seu fidelitatem videtur esse peccatum mortale. Sed omnis mentit̄ est huiusmodi diceat Aug. de doct. Christ. quod nemo mentiens in eo quod mentitur seruat fidem, ergo omnis mentiens videretur peccare mortaliter.

<sup>150. ap. 13.</sup> IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. super 5. Psal. quod duo sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa, sed omnis culpa mortaliter est magna, ergo non omne mendacium est peccatum mortale.

4. RE.

### Lib. III. Distinctio. XXXIX.

**RESPONSO.** Dicendum quod non omne mendacium est peccatum mortale. quantum est de suo genere, sed solum mendacium perniciosum, quod probatur sic, communiter illud solum est peccatum mortale quod contrariatur dilectioni dei, vel proximi, sed solum mendacium perniciosum ex suo genere est huiusmodi, non autem iocorum, vel officiorum, sicut &c. Maior pater, quia sicut vita spiritualis est per solam charitatem quia diligunt deus & proximus, ita nihil est peccatum mortale nisi contrarietur dilectioni dei vel proximi. Minor similiter pater. Mendacium enim perniciosum quod sit in doctrina fidei directe contrariatur dilectioni dei. Illud vero quod dicitur in nocturno alterius spirituale, corporale, vel temporale contrariatur dilectioni proximi. Mendacium autem quod ordinatur ad bonum vtile sicut est officiorum, vel ad bonum delectabile, sicut est iocorum non opponitur directe & ex suo genere, nec dilectioni dei, neque proximi. Et ideo non sunt peccata mortalia, & hoc est quod dicit Magister & quod dicit August. super Psal. quod sunt duo genera mendaciorum in quibus non est magna culpa, & loquitur de mendacio officioso & iocofo. Grego. etiam dicit quod mendacium officiorum facile credamus relaxari. Pater igitur quod quantum est ex genere facti non omne mendacium est mortale peccatum, & hoc communiter conceditur.

5 Quidam tamē dicunt quod licet non omne mendacium ex suo genere sit mortale peccatum, tamen in viris perfectis siue perfectione personali, siue perfectione status est mortale peccatum. Quod probant ex perfectione personali sic, perfecta perfectione personali perfecte Deo adherenter, ergo non possunt ab eo recedere nisi per contemptum, sed contemptus est peccatum mortale, ergo &c. Confirmatur hoc, quia Adam in statu innocentiae ratione perfectionis personalis quam habuit non potuit primo peccare mortaliter, ergo nec isti. De perfectione status probatur idē sic, perfecta perfectione status vi sunt religiosi & prelati creditur tanquam conseruatoribus veritatis, & si mentiendo a veritate deuenient, decātero eis non creditur, quod non est sine magno praeditio Ecclesiae & sui status, ergo omne mendacium est eiis graue seu mortale peccatum. Confirmatur hoc per August. in libro de mendacio, qui dicit quod perfectus praeceptum est omnino, non solum non mentiri sed nec velle mentiri. Sed facere contra praeceptum est peccatum mortale, ergo &c.

6 Sed si uidetur non valere, quia facere illud quod non est contra praeceptum, nec contra votum proprium non videtur esse mortale peccatum. Omnis enim obligatio ad peccatum mortale, vel est ex praecepto superioris, vel ex obligatione propriae voti. Sed mentiri officiose vel iocofo non est contra praeceptum generaliter factum omnibus, quia tunc sic omnes mentientes peccarent mortaliter quod ipsi non concedunt, nec est contra praeceptum factum perfecti specialiter, quia illud praeceptum nunquam legitur, nec est contra votum perfectiorum, quia nullus perfectus perfectio ne personali vel status votum non mentiri. Et si qui voleat caueant sibi, ergo mentiri officiose vel iocofo non est viris perfectis peccatum mortale nisi forte per accidens ratione scādali annexi. Ad hoc potest referri et Aug. dicit perfectus praeceptum esse non solum mentiri, sed nec velle mentiri, quanvis Aug. illud non dicat sub assertione, sed cum dubitatione, præmit enim nisi forte, &c.

7 Ne rationes alios si cogunt. Prima enim ratio quod concludit de quolibet veniali peccato quod non possit esse in perfectis viris, sicut de mendacio, & constat quod illud est falsum, cum beatus Ioan. de se & aliis dicat, Ioan. i. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. Sancti enim viaatores non sic addicte sunt veritati diuine, nec eius bonita tibi sicut beati qui ab ea non possunt recedere, nec sic quod semper de ea actu cogitent, vel actualiter omnia dicta & facta sua in eum ordinent, sed possunt ex consideratione vel ex alia causa ab ea discedere dicendo vel faciendo contra eam per peccatum mortale & præter eam per peccatum veniale. Nec est simile de Adam in statu innocentiae qui non potuit primo peccare venialiter, quia illud fuit ex dono originalis infirmitate per quam omnia inferiora subde bantur suis superioribus ut non posset in eis aliqua deordinatio contingere, nisi prius deordinata voluntate a deo per peccatum mortale.

### Quæstio II.

283

8 Ad aliud dicendum quod perfectis perfectione status non creditur tanquam conseruatoribus veritatis in omnibus dictis vel factis eorum. Sed in illis tantum quae ad officia conseruandæ veritatis spectant sicut est doctrina & iudicium in quibus si à veritate deuinarent non est dubium quin peccarent mortaliter.

9 Ad primū arg. dicendum per interemptionē mihi nis. Ad autoritates quae videntur eam probare dicendum est quod omnes intelliguntur de mendacio pernitoso, sicut gloxa exponit super illud, Perdes omnes qui loquuntur in mendaciis.

10 Ad secundum arg. patet responsio ex dictis in corpore solutionis.

11 Ad tertium dicendum quod fides seu fidelitas non consuevit adhiberi nisi in his in quibus debet peccator procurare magnum emolumētum alterius, vel damnum notabile eundem. Et in his mentiri est permittōsum, & peccatum mortale, non autem in omnibus generaliter.

Sententia huius distinctionis. XXIX.

in generali & speciali.

Nunc de periuio videamus. Prius egit Magister de mendacio. Hic agit de periuio. Et diuiditur in duas, quia primo agit de periuio. Et secundo agit de iuramento quod est genus periuio ibi. Si autem queritur, vtrum iurare sit malum. Prima diuiditur in quatuor, quia primo ponit opinionem aliorum. & secundo suam ibi. Sed mentitus. Terrio mouer & voluit dubitationē inciderem ibi. Cum vero quis iurat. Quarto opponit contra descriptionem ibi. Hic opponitur. Secunda pars principalis que in capitulo ibi. Si autem queritur, diuiditur in quatuor. Quia prima querit vtrum iurare sit iurare. Secundo per quid in iurandum ibi. Queritur etiam. Tertio de obligatione iuramenti ibi. Nāc superest. Quarto de peccato exigētis iuramentum ibi. Queritur etiam si peccat &c. Secunda istarum diuiditur in quatuor. Quia primo querit an lictum sit iurare per creaturam. Et secundo quis plus obligatur, vtrum ille qui iurat creaturam, an ille qui iurat per deum ibi. Si autem queritur. Tertio quid sit iurare per Deum & quid per creaturam ibi. Hic queritur. Et quarto vtrum recipiendum sit iuramentum factum per idolum ibi. Post haec queritur. Illa pars que incipit ibi. Nunc superest, diuiditur in tres, quia primo ostendit quod iuramentum illicitem non est implementum. Et secundo inquirit an sit periuio qui mutat iurandum iuramenti ibi. Qui vero mutat. Et tertio inquirit secundum cuius intentionē iuramentum sit interpretandum ibi. Hoc etiam sciendum est. Ultima pars que incipit ibi. Queritur etiam, diuiditur in duas. Quia primo ostendit quando peccat vel non peccat, qui exigit iuramentum. Et secundo quando sit iurandum vel non ibi. Sancta synodus de crenat. Haec est sententia in generali.

IN Speciali sic procedit dicens, quod periuio est mendacium iuramento firmatum. Et super hoc querit vtrum periuio possit esse sine mendacio. Et probat quod sic auctoritate Hiero. qui dicit quod ubi deest iudicium, iustitia, vel veritas ibi est periuio. Sed veritas potest deesse ubi non est mendacium ut cū aliquis iurat illud quod credit esse & ramē non est, ergo periuio potest esse sine mendacio. Et ponit opinionem quorundam dissentientium non esse periuio ubi non est mendacium, quia sicut potest dici falsum sine mendacio ita potest dici falsum sine periuio, quod declarat in litera. Tunc ponit aliam opinionem quod periuio est siue quis iurat falsum intentione fallendi, siue quis iurat verum quod purat esse falsum, siue quis iurat falsum, quod putat esse verum, quod confirmat per Aug. de verbis Apostoli. Talis enim reus est, quia presumit iurare quod sibi perspicuum non est. Tunc querit cum aliquis iurat quod verū est a estimāt esse falsum quid facit ibi, rationem periuio. Et dicit quod non facit hec falsa vocis significatio quod non est ibi, sed intentio falsum dicēd. Querit iterum vtrum oīs qui falsum iurat, peccet. Coningit enim quod aliquis iurat se factū aliquid quod postea non facit, est ne talis periuio statim quādo iurat. Et respōdet quod non, sed ex quo mutat propositū faciēd illud quod iurat. Postea querit vtrum iurare sit malum. Et respōdet quod non.

NN 3 quā-